UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Joh. Amos Comenii Orbis Sensualium Picti Pars ..., Hoc est: Omnium principalium in mundo rerum, & in vita actionum, Pictura et Nomenclatura

Hoc est: Omnium pricipalium in mundo rerum, & in vita actionum, Pictura & Nomenclatura

Comenius, Johann Amos

Noribergae, 1746

Præfatio.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56407

Visual Library

PRÆFATIO.

R*uditatis antidotum Eruditio eſt*, qua in Sch
Ingenia imbui debent: ſed ita, ut Eruditio,
ra, ut *plena*, ut *lucida*, ut *ſolida* ſit. *Ve*
erit, ſi non niſi utilia vitæ docentur & diſc
tur, ne poſtmodum queritandi occaſio ſit: *Neceſſar*
ignoramus, quia Neceſſaria non didicimus. Plena:
expoliatur Mens ad Sapientiam, Lingua ad Eloquentia
Manus ad Actiones Vitæ ſolerter obeundas: hoc erit
illud vitæ, *Sapere*, *Agere*, *Loqui*. *Lucida* erit ac
id *firma* & *ſolida*, ſi, quicquid docetur & diſcitur, n
obſcurum ſit, aut confuſum; ſed clarum, diſtinctu
articulatum, tanquam digiti manuum. Hujus rei fu
damentum eſt, ut *Senſualia recte præſententur Senſib*
ne percipi non poſſint: Dico, & alta voce repeto,
ſtremum hoc reliquorum omnium eſſe fundament
quia *nec agere, nec loqui ſapienter poſſumus, niſi pr*
omnia, quæ agenda ſunt, & de quibus loquendum e
recte intelligamus. In Intellectu autem nihil eſt, niſi pr
fuerit in Senſu. Senſus ergo circa Rerum differentias
cte percipiendas, graviter exercere, erit, toti Sapient
totique ſapienti Eloquentiæ, omnibus prudentibus V
actionibus fundamenta ponere. Quod quia vulgo in Sch
lis negligitur, diſcipuliſque diſcenda objiciuntur, nec int
lecta, nec ſenſibus recte præſentata, fit, ut docendi & d
ſcendi labor moleſte procedat, exiguumque ferat fructu

En igitur novum Scholis Subſidium! *Omnium fun*
mentalium in Mundo rerum, & in Vita actionum, pic

a & Nomenclatura; quam ut veſtris cum diſcipulis per-anſire, libenter & attente contemplari ne gravemini, ptimi Scholarum Magiſtri, quid inde boni veniat ex-ectandum, paucis explicabo.

Libellus eſt, ut videtis haut magnæ molis, Mundi tamen otius & totius Linguæ Breviarius, plenus *Picturis*, *No-enclaturis*, rerumque *Deſcriptionibus*.

I. *Picturæ* ſunt rerum omnium viſibilium (ad quas & viſibiles ſuo modo reducuntur) totius mundi Icones id-ue ipſo rerum Ordine, quo in *Janua* LL. deſcriptæ ſunt tque plenitudine ea, ut nihil adeò neceſſarium, & car-inale omittatur.

II. *Nomenclaturæ* ſunt ſuæ cuique Picturæ ſuperim-oſitæ Inſcriptiones ſeu Tituli, rem totam generali ſuo xprimentes vocabulo.

III. *Deſcriptiones*, ſunt partium Picturæ explicationes, ropriis ſuis appellationibus ita expreſſæ, ut cuivis Pictu-æ membro & appellationi ejus eadem addita Cifra, quæ d ſe invicem ſpectent, perpetuò oſtendat.

Hujus generis Libellus, hoc tali apparatu, ſerviet, ſpero: rimum, *ad alliciendum huc Ingenia*, ne ſibi crucem in chola imaginentur, ſed delicias. Notum enim eſt, Pueros ab ipſa propemodum infantia) Picturis delectari oculoſ-ue his ſpectaculis libenter paſcere. Obtinuiſſe autem, t à Sapientiæ hortulis terriculamenta tollantur, magnum peræ pretium erit.

Secundò ſerviet Libellus idem, *excitandæ, rebus affi-endæ & ſemper magiſque exacuendæ Attentioni*: quod mnino permagnum eſſe arbitror. *Senſus* enim (ætatulæ rimæ duces potiſſimi, quippe ubi mens ad abſtractam re-um contemplationem nondum ſe elevat) objecta ſua emper quærunt, abſentibus illis hebeſcunt, tædioque ſui uc illuc ſe vertunt; præſentibus autem objectis ſuis, hi-lareſcunt,

lareſcunt, viveſcunt, & ſe illis affigi, donec res ſatis p
ſpecta ſit, libenter patiuntur. Libellus ergo hic inge
(vagis præſertim) captivandis, & ad altiora ſtudia præp
randis bonam navabit operam.

Unde tertium ſequetur bonum, ut *huc allecti & hac c* *attentione traducti Pueri, Rerum in Mundo primariar* *notitia per luſum & jocum inſtruantur.* Verbo: *Ve* *bulo & Janua Linguarum*, amœnius tractandis, Libel hic ſerviet; quo etiam potiſſimum deſtinatur.

Si tamen Vernaculis etiam Linguis eum placeat conc nari; alia tria de ſe promittit bona.

I. *Literarum Lectioni facilius, quam hactenus, ad* *ſcendæ, ſtratagema ſuppeditabit*: præſertim eidem p miſſo *Alphabeto Symbolico*, Literarum nempe ſingularu characteribus, cum appicta Animalis iſtius, cujus voc Litera imitatum it, imagine. Ex ipſa quippe Animalis ſpectione vim characteris cujusque recordabitur facile t in elementis literarum adhuc conſtitutus: donec uſu mata imaginatio prompte omnia ſuppeditet. Luſtra deinde primariarum etiam *Syllabarum Abaco*, (quem men huic Libello adjici non opus videbatur) venire pot *luſtramen Picturarum*, & ſuperimpoſitarum inſcript num. Ubi rurſum ipſa Rei depictæ inſpectio, rei nom ſuggerens, quomodo Picturæ titulus legendus ſit, mo bit. Tranſitoque ſic Libro toto per ſolos *Picturarum ti* *los*, Lectio non addiſci non poterit: & quidem, quod tandum, *nulla adhibita vulgari prolixa Syllabizatio* *permoleſta illa ingeniorum tortura*, quæ hac methodo clinari poterit tota. Iterata enim Libelli lectio, per ip pleniores & Picturis ſubjectas rerum Deſcriptiones, ha tum legendi penitus abſolvere poterit.

II. Serviet idem Libellus *Vernaculis in Scholis verna* *le tractatus, ediſcendæ Linguæ Vernaculæ toti & à fun*

m

mento: quoniam, per prædictas Rerum deſcriptiones, Linguæ totius Voces & Phraſes, ſuis aptè locis digeſtæ, reperiuntur. Et addi poſſet ad calcem brevis *Grammatica vernacula*, Sermonem jam intellectum in ſuas partes perſpicue reſolvens, Vocum ſingularum flexiones oſtendens, conjunctas autem ſub Regulas certas reducens.

III. Inde novum emergit commodum, ut *ea ipſa verſio Vernacula, Linguæ Latinæ promtiùs ſuaviusque addiſcendæ ſerviat*: ut in hâc Editione videre eſt, Libello toto ita translato, ut Verbum Verbo è regione reſpondeat plerumque; ſitque idem per omnia Liber, bino duntaxat idiomate, ut homo Veſte indutus duplici. Poſſentque in fine adjici quædam etiam Obſervationes, & Monita de iis ſolis, quibus Latinæ Linguæ conſuetudo à Vernacula recedit. Nam, ubi nihil receditur, nihil moneri opus eſt.

Cæterum, quia *prima diſcentium penſa pauca & ſimplicia eſſe oportet*, primum hunc Tirocinii autoptici Libellum non niſi rudimentis implevimus, Rerum ſcilicet & Verborum Cardinibus, ceu totius Linguæ totiusque noſtri circa res Intellectûs baſibus. Perfectior rerum deſcriptio & plenior Linguæ cognitio, Mentisque lumen ſplendidius, quæruntur, (ut debent) reperiuntur alibi, quo jam per hanc noſtram Senſualium Encyclopædiolam, non difficilis erit tranſitus.

De amœniore Libelli hujus uſu, monendum aliquid reſtat.

I. Detur Pueris in manus, ad oblectandum ſe, pro lubitu, figurarum ſpectaculo, easque ſibi reddendum quam familiariſſimas, etiam domi, antequam in ſcholam mittantur.

II. Tum examinandi ſubinde (præſertim in Schola jam) quid hoc, quid illud ſit & quomodo dicatur: ut nihil videant, quod neſciant nominare; nihil nominent, quod nequeant oſtendere.

III. O-

III. Oſtendantur vero illis Res nominatæ, non tantu
in Pictura, ſed & ubi fieri poteſt, in ſeipſis; exempli grati
Membra corporis, Veſtes, Libri, Domus & Utenſilia, &

IV. Permittantur etiam illis, Picturas manu imita
ſi volunt; imò, ut velint, incitandi ſunt: primo, ad ac
endam ſic quoque attentionem in res; tum ad obſerva
dam partium ad ſe invicem proportionem; denique ad e
ercendam Manus agilitatem; quæ res ad multa utilis eſ

V. Si qua Res, quarum hic mentio fit, oculis præſen
ri non poteſt, valde fuerit è re, diſcipulis ea per ſe offer
nempe Colores, Sapores, quæ hic atramento depingi n
poterant. Quo nomine optandum eſſet, in qualibet il
ſtri Schola res raras & domi non obvias aſſervari parat
ut, quoties diſcipulis verba de iis facienda ſunt, ſimul ex
beri queant.

Ita demum Schola hæc vere eſſet *Schola Senſualiu*
Scholæ Intellectualis præludium. Satis autem: venian
in rem ipſam.